

Vide TAB. I. Fig. A. B. C.

FIGURARUM, sub lente Muffchenbrœckiana a me delineatarum, explicatio.

Fig. A. *Flos antice visus, ut filamentum adpareat.*

a. Filamentum.

b. b. Antheræ, antice visæ.

Fig. B. *Flos a tergo pictus, ut pistillum conspiciatur.*

c. c. Antheræ, postice visæ, ut sulci in conspectum prodeant.

d. d. Germen.

e. Stylus cum stigmate.

Fig. C. *Semen.*

f. Semen fere maturum.

g. Stylus marcescens, supra semen reflexus.

XII. *Observatio Anthelii Vitembergæ spectati; per J. Fried. Weidlerum Mathes. Prof. ibidem Primar. & R. S. Lond. Soc. communicata, in Epistola ad C. Mortimerum, R. S. Secr.*

DIE $\frac{18}{7}$ Januarii A. 1738. quidam ex auditoribus meis, cum ante meridiem in campo prope *Vitembergam* agros dimetiretur, forte fortuna Anthelium, sive Solis imaginem e regione Solis veri versus septentrionem positam conspexit. Nimirum mane hora 8 cœlum undique serenum, mox circa horam 9, e septentrionali plaga, nubes exoriuntur, ibique sensim

sensum & paullatim condensantur, temporis progres-
 su hæ in meridiem ulterius sese explicabant. Hora
 9. min. 30. cum nubes obscuræ fere verticem atti-
 gissent, apparuit in illis Sol Soli oppositus, pari ma-
 gnitudine, rotundus, admodum splendidus, ut oculi
 ejus lucem ferre non possent, corona sive halone
 ovali cinctus. Diameter coronæ major, Solis circiter
 diametros quinque, minor tres capiebat: Ipsa corona
 rubro flavoque coloribus exornata, parte rubra in
 Anthelium versa: Tractus nubium, reliquus intra
 coronam flavescibat, hinc inde etiam rubebat. In
 Anthelio decussatim sese secabant duæ iridis por-
 tiones, sub angulo 60 fere graduum, utrimque in
 ortum & occasum flexæ, & ad coronæ ovalis peri-
 pheriam continuatæ: Quales A. 1661. D. 6. Sept.
Hevelius quoque cum Anthelio vidit, quemadmodum
 in tractatum de Mercurio sub Sole p. 176. narrat.
 Durabat spectaculum per horæ quadrantem; cum
 enim nubes in meridiem longius extenderentur, &
 Solem verum occultarent, Anthelius evanuit. Ningit
 postea parum hora undecima: Mane lenis ventus ex
 media inter meridiem & occasum plaga spirabat.
 En figuram ab ipso spectatore mihi exhibitam, in
 TAB. II. Fig. I.









Fig. 1.



Scala Minutorum Gradus.





AB. II.



Mynde Sculp.



Fig. 1.








Fig. 5.



Scala Minutorum Gradus.